

Simulachra gentium argentum et aurum : opera manuum hominum.

Os habent et non loquentur : oculos habent, et non videbunt.

Aures habent et non audient : nares habent, et non odorabunt.

Manus habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt : non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea : et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israël speravit in Domino : adjutor eorum et protector eorum est.

Domus Aaron speravit in Domino : adjutor eorum et protector eorum est.

Qui timent Dominum speraverunt in Domino : adjutor eorum et protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri : et benedixit nobis.

Benedixit domui Israël : benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent Dominum : populo illis cum majoribus.

Adjiciat Dominus super vos : super vos, et super filios vestros :

Benedicti vos à Domino : qui fecit cælum et terram.

Cælum cæli Domino : terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te, Domine : neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino : et hoc nunc et usque in sæculum.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Nos qui vivimus, benedicimus Domino.